



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

II. Vtrùm possit Confessio esse vera, integra, valida, & per quam satis fiat
Ecclesiae praecepto, & nihilominùs gratiae expers.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput III. De Confessione

Ambro. in Alibi inuehitur in eos, qui, cum à Sacer-
Apol. Da- dotibus corripuntur, peccatum suum ag-
uid, cap. 2. grauant, dum illud negare cupiunt, aut de-
fendere: Asserens, quòd eorum lapsus ibi fit
maior, ubi spernitur correctio.

Gre. hom. Gregorius malos Sacerdotes, qui iniuste
26. super il ligant, absoluuntque homines, taxat; cum
la verbalo- non caussarum merita, sed voluntatis dun-
anis: Quo- taxat suæ motus sequuntur.

rum remi- D. Augustinus Auxilium Episcopum re-
feritis &c. prendit, quòd vna Anathematis sententia,
Aug. Au- omnes vnius domus animas, etiam quæ non
xilio Episc. peccauerint, indistinctè percussit.
epist. 75.

Quæstio Potestne Confessio esse vera, integra,
II. valida, & per quam satisfit Eccle-
siae præcepto, & nihilominus
gratiæ expers?

Responso. Confessio est vel virtutis Pœnitentiæ pars,
vel est ipsius Sacramenti pars. Si priori mo-
do consideremus Confessionem; nequit esse
informis, id est, sine gratia: Propterea quòd
omnis virtutis actus meritorius sit; meri-
torius autem absq; gratia esse non potest. At
si consideretur, vt est pars Sacramenti Pœni-
tentiæ, contingit eam esse validam, veram,
& secundùm substantiam, integram: nihilo-
minùs tamen gratia vacuam, & ad salutem
inefficacem. Quod probatur.

PRI.

PRIMO, quia Confessio, pro ut est pars Sacramenti, nihil aliud est, quàm quaedam accusatio, qua homo suam conscientiam Sacerdoti clauibus Ecclesiæ fungenti fideliter manifestat. Potest autem peccator in peccato persistens, cuncta sua peccata fideliter Sacerdoti patefacere, subdendo se illi, ut remedium ei prouideat. Ergo potest Confessio esse informis; nempe ut sit impletio præcepti absque effectu gratiæ.

DEINDE, omnia reliqua præcepta possunt impleri sine gratia, quoad substantiam actus, ut tradit tota Patrum Theologia. Igitur & præceptum Confessionis, & reliquorum Sacramentorum.

INSUPER, Baptismus cum proposito peccandi, atq; idcirco sine gratia susceptus, est verum Sacramentum, quod nullo caù iterari debet: Igitur & Sacramentum Pœnitentiæ; quod probatur: quia tam hîc, quàm in Baptismo, Sacramentum, & res Sacramenti, id est gratia, sunt res distinctæ; ita ut vna impleri queat sine altera. Fieri ergo potest, ut pœnitens dispositus sit duntaxat ad percipiendum Sacramentum, & non ad gratiæ susceptionem.

VLTIMO, si præceptum Confessionis non posset impleri absque gratia; ipsa Confessio magis turbaret conscientias, quàm serenaret; cum nemo sciat, sitne in gratia, vel extra gratiam, Vnde pœnitens semper foret an-

Caput IIII. De Confessione

ret anxius, satisfecissetne præcepto Confessionis, necne.

Notandum etiam est, quòd nullum aliud Sacramentum dicitur informe, etsi effectu careat, sed inefficax. Nam etsi omnia sint causa gratiæ: Nullum tamen eandem in se recipit; quia eorum materia est res extrinseca, quæ gratiæ capax non est. Huic verò est peculiare, quòd dicatur informe; quia eius materia, quæ sunt actus pœnitentis, possunt informari gratia & charitate, quæ sunt effectus Sacramenti: atque idè dum Sacramentum est inefficax, dicitur informis esse Confessio.

Questio III. Unde provenit Confessionis informitas?

Responsio. QVOD Confessio frustretur aliquando gratia, in causa esse potest, vel Confessarius, vel ipse pœnitens. Confessarius quidem; si aut absolueret non intendat, aut verba Absolutionis non proferat. Veruntamen si pœnitens vera præditus fuerit contritione, licet non consequatur gratiam virtute Sacramenti: attamen pro ratione suæ humilitatis, obedientiæ, & contritionis, iustificationis gratiam obtinebit.

Pœnitens verò causa esse potest informis Confessionis, si ipse se ad gratiam percipiendam non